

3 Actio moralis vel est simplex, vel mixta.

4 Simplex est, quæ est unius ejusdemque naturæ.

S C H O L. Dicitur etiam actio pura, item homogenea, quia nihil quicquam contrarietatis aut pugnæ ad eam concurrit.

5 Simplex actio est vel spontanea, vel invita.

6 Spontanea est, quæ fit ex hominis propensione & notitiâ.

S C H O L. Ut actio spontanea sit, tria requiruntur, 1. naturæ ductus, qui est inclinatio, 2. notitia circumstan-  
tiarum omnium & singularum. 3. assentiens voluntas.  
Hæc actio si antecedit habitum moralem, causa est virtutis; si sequitur, effectum est. Hinc est quod Aristot. τὸ ἔκγονον definit ὃ οὐ δρόχην ἀντὶ εἰδόντος καὶ γνῶστος, εἰς οἷς οὐ πεπλέξεις. Talis actio etiam esse potest sine præcun-  
te consultatione, ut si quis agit irâ vel aliâ cupiditate præ-  
occupatus, dicitur actio ἀνεργούλαστος, item ἀνεργός.

7 Invita actio est, quæ fit præter & contra ho-  
minis mentem.

S C H O L. Sic enim Arist. lib. 5. Ethic. Nicom. cap. 1.  
τὸ ἄκγον, τὸ βίαιον οὐ δι' ἀγνοίαν γνώμην, id est, invitum est,  
quod vi aut per ignorantiam fit. Quicquid autem hujus-  
modi est, præter agentis mentem est.

8 Invita actio est aut violenta, aut per igno-  
rantiam.

9 Violenta est, cuius principium est extra  
agentem contra agentis propensionem & vo-  
luntatem.

S C H O L. Sic Arist. lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 1.  
Οἰνος ὃ οὐ δρόχην ἐξωθεν θεάντης σοτα, εἰς μηδὲν συμβάλλεται  
οὐ πεπλέξεις οὐ πάχεις; id est, violentum est cuius princi-

F

Dicitur etiam  
Violentum sim,  
pleriter et absu-  
lute